

chardi archiepiscopi Lugdunensium / et Petri archiepiscopi Tharē
 tasiensium / et Alexandri abbatis Listerci / et omnium abbatum qui ade
 rant in beneficiis et orationibus totius ordinis susceptus pro re
 medio anime mee et parentum meorum eis largitus sum ut fra
 tres de omnibus abbatibus ipsius ordinis per omnem terram meam
 securi pergant res proprias absque villo pedagio / minagia / vetera /
 et omnium alia costuma ducant portent et vendant et ad proprios
 usus necessaria emant. Et ne donum hoc mihi et ipsis tam utile
 ab aliquo dei inimico et nostro infringatur / sigillo meo cartam
 hec continentem comunio. Factum est donum hoc in generali capi
 tulo Listerciensi sicut prescriptum est coram archiepiscopis et ab
 batibus qui conuenerant presente auunculo meo comite Ste
 phano de Sencerre / Guiardo de Fauermi / Guilhelmo de Or
 gul / et multis alijs.

Dominus comes Burgundie concedit
 omnibus abbatibus sancti ordinis Li
 stercien in capitulo generali publica vec
 tigalia ad redditum thelonei sui pertinē
 tia / et quascunq; exactiones que solent ex
 igi a vendentibus / eumentibus / et transeuntibus
 per dictum comitatum.

Raynaldo dei gratia Venerabili Listerciensi abbati omni
 busq; eiusdem sancti ordinis abbatibus Raynaldus comes Bur
 gundie Salutem. Adveni quodam me in capitulo Listerciensi
 in presentia domini Stephani abbatis publica vectigalia ad
 redditum thelonei nostri pertinētia / et quascunq; exactiones que
 a vendentibus / siue eumentibus / seu transeuntibus sollempniter
 solent exigi in toto comitatu meo omnibus vestri ordinis ho
 minibus in memoriā mei et parentum meorum imperpetuum re
 misisse. Quod ut firmum et inconculsum deo auctore permaneat /

371.

litteras istius donationis sigilli nostri munitione dotatas per dominū Poncium abbatē Speciose vallis ad sanctitatē omnium vestrum direximus. Testes huius doni sunt Petrus de treua/Decanus sancti Stephani ⁊ archid. Hieremias de roise Uido liabbas/Stephanus de chenuis.

Dominus comes palatinus Burgundie concedit omnibus abbatib⁹ sancti ordinis publica vectigalia sui thelonei in dicto comitatu ⁊ quascunq; exactiones que a vendentibus/ementibus/seu transeuntibus exigi solent.

Guidoni dei gratia Cenerabili Listerciensi abbati/omnibusq; eiusdē sancti ordinis abbatibus. Ordo dei gratia palatinus comes Burgundie Salutē. In memoriā mei ⁊ parentū meorum publica vectigalia ad redditū thelonei nostri pertinentia ⁊ quascunq; exactiones que a vendentibus siue emētibus seu transeuntibus sollēniter solent exigi in toto comitatu meo omnibus vestri ordinis hominib⁹ sicut auus meus Raynandus scz pie memorie imperpetuū concessit ⁊ nos concedimus. Quod vt firmū ⁊ incōcūsum permaneat litteras istius donationis sigilli nostri impressione munitas/ad sanctitatē oīm vestrum dirigimus. Et quicunq; hanc donationē frangere presumpserit/iram ⁊ indignationē nostram se sciat incurfurū. Testes hui⁹ rei sunt magister Daniel/Hugo monach⁹ Listerciens/Fromundus de tremolai/Wilhelmus de pesmes.

Dominus rex Danorū ⁊ Sclauorū cōcedit fratribus de Listercio vt quotiens